Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

serpentis combusta et cum oleo appar
ato linito facit crescere capillos
et ideo in allopicia valet. Item
pelles capre calide ponit super mor
sum serpentis attrahit venenum
Item pelles arietis valent in con
cussione hominum, et cum hoc in per
cussione equi. Item pulvis fiat ex
pelle arietis combusta et ex pelle
bovis vel calceorum combustorum
valet in combustione ab igne facta
Item vz ad consolidandum vulnera
Nota aliqui dicunt quod sufflugium
factum ex pelle azini inducit
epilensiam et eam excitat. Dicunt tamen
aliqui quod pellis asini portat in
fronte azini prohibet casum in
epilentico

Perindy est confectio aliqua
vt plurimum ex pulvere zucari
quousque inspissatur, et
trahit postea ita diu quousque de
albatur vt videtur in apoteka, et
postea scindunt cum forpice, et
iste partes penidy dicuntur et aspergi
tum amido alio. Nota quod est ca. et
hu. in primo. Unde valet in tussi
et laxant equaliter ventrem. Unde
dilatant etiam spiritualia quod exscreari
possunt. Item dissoluant in aqua
dragaganti et vz in scissuris labiorum
Etiam vz ad mitigandum sitim

Pentafilon est herba que habet
quinque lineas folia, et ideo
dicitur pentafilon a
pentha quod est quinque et folium habet
oreganum erectum ad quantitatem
vnius vel duorum, et habet radicem
tendentem ad equalem rotunditatem
et habet radix est longior radice
ebuli. Et est ca. et sic. in secundo, et
siccitas est maior caliditate De

operationibus nota quod habet
proprietatem in quartana terciana
et cottidiana. Unde quartanarius
capiet quatuor folia de ea cum
modico piperis de mane desuper
modicum vini. In terciana tria
folia et in cottidiana vnum folium
et expertum est. Item decoctio eius
scilicet radicis valet in omni dolore den
cium. Unde os abluatur et teneat
in ore sed si causa est doloris tunc de
coctio fit cum vino scilicet doloris
materia frigida. Si est calida tunc cum aqua
Item decoctio radicis eius valet
in asperitate gutturis et removet
raucedinem vocis. Item emplastrum
factum ex folys eius removet duri
cies apostematum glandulas et scro
phulas ymo etiam duricies ex
istentes in iuncturis removet
Item decoctio eius removet duricies
et in vlceribus fraudulentis, et
pulvis foliorum vz ad idem. Item
in fistulis fraudulentis. Item
contra potiones venenosas multum
valet et si cum pentafora cum aceto
decoquatur et applicetur per modum
emplastri removet scabiem

Peonia est planta quedam
satis nota crescens quasi
diptamus cum folys
longioribus et floribus magnis
rubeis. Que sunt species. Una dicitur
masculus alia femina. Masculus habet
radices grossas ad quantitatem vnius
digiti et sunt albi coloris. Femina
habet multas radices hinc inde
spersas non grossas De Com
plexione nota quod est ca. et sic. in secundo
et forte in fine secundi De operationibus
nota quod habet proprietatem in epilepsia